

JOHANNES DE
SACRO BOSCO

TRACTATUS
DE SPHÆRA

TRATADO
DA ESFERA

[Veneza: Adam de Rottweil, circa 1478]

Tradução de Roberto de Andrade Martins

JOHANNES DE SACRO BOSCO

TRACTATUS DE SPHÆRA

Esta edição foi preparada a partir da cópia digital do livro, disponível através da Bibliothèque Nationale, de Paris (projeto *Gallica*). A obra não possui folha de rosto, nem colofão, pois é parte de um volume maior, que contém também o *Theorica planetarum*. Foi publicada em Veneza, por Adam de Rottweil, provavelmente em 1478.

O original tem 55 páginas sem número. Cada página tem 16 cm de altura e 12 cm de largura. O texto impresso ocupa apenas 6,3 cm de largura e 10,5 cm de altura, com 25 linhas por página. Há títulos marginais ao longo de todo o texto. Como o texto não possuía numeração de páginas, foram acrescentados nesta edição os números correspondentes, utilizando a convenção usual (por exemplo, 13r indica a página anterior – recto – da folha 13, e 13v indica a página posterior – verso – da folha 13).

Na presente edição, as divisões de páginas foram mantidas, mas não foram reproduzidas as quebras de linha do original. A pontuação segue o original, mas a ortografia foi alterada, pois o texto de 1478 contém muitas abreviações, símbolos especiais e peculiaridades ortográficas que os interessados podem consultar na versão facsimilar eletrônica da Bibliothèque Nationale.

Foram utilizadas as figuras originais, bem como as letras ornamentadas no início de cada capítulo. No caso da tradução para o português, foram adicionadas letras ornamentadas de estilo semelhante ao original. Esta edição possuía apenas 3 figuras, das quais a

última (fol. 27v) estava muito escura no original facsimilar. Foi editada para exibir a estrutura básica da ilustração, mas os detalhes foram perdidos.

Esta edição segue a ortografia padrão do latim (clássico), fazendo uso do símbolo especial æ para o ditongo correspondente (representado no original pelo símbolo “ę”) e substituindo “&” por “et”. Como usual, utilizamos aqui “z” no lugar de “ç”. No original, tanto a vogal “u” quanto a consoante “v” são representadas por “u” (ou por “V”, no caso de maiúsculas), mas nesta edição introduzimos a diferença usual entre “v” e “u”. No original, existe uma distinção entre o “s” final e o “s” no início ou no meio das palavras (representado, neste caso, por um símbolo semelhante à letra “f”). Essa distinção não foi mantida na presente edição. Foram corrigidos alguns erros do original; e utilizou-se a forma usual “sphæra” em vez de “spera”. Foram utilizadas letras maiúsculas para Luna, Solis, Cancer, etc.

Exceto por essas distinções formais, o presente texto reproduz fielmente o conteúdo da edição de 1478.

Este livro eletrônico pode ser copiado e distribuído livremente, em sua forma completa (incluindo estes esclarecimentos). Quem quiser introduzir alguma alteração ou distribuir o livro sob alguma outra forma deve entrar em contato com o editor. Muito obrigado.

Roberto de Andrade Martins

Grupo de História, Teoria e Ensino de Ciências (GHTEC)

Universidade de São Paulo (USP)

<http://www.ghtc.usp.br/>

roberto.andrade.martins@gmail.com

Edição original: 2006

Esta edição: 2014

Nova edição

Na presente edição, as letras ornamentadas dos inícios dos capítulos foram modificadas, bem como o símbolo de parágrafo (§). A versão em português tem figuras agora traduzidas. Na versão em latim, os algarismos indo-arábicos foram substituídos por numerais romanos, conforme o uso de uma edição de *Sphæra Mundi* publicada em 1490 por Octavianus Scotus, também em Veneza. A figura aqui usada no frontispício foi retirada daquela edição. Apesar da rediagramação, o conteúdo e a numeração de cada página continuam os mesmos.

Rubens E. G. Machado

Departamento de Astronomia, IAG/USP



TRACTATUM de Sphæra quattuor capitulis distinguimus. Dicturi primo quid sit sphæra: quid eius centrum: quid axis sphærae: quid sit polus mundi: quot sint sphærae: et quae sit forma mundi. ¶ In secundo de circulis ex quibus sphæra materialis componitur: et illa supercaelestis quae per istam imaginatur componi intelligitur. ¶ In tertio de ortu et occasu signorum: et de diversitate dierum et noctium quae fit habitantibus in diversis locis: et de divisione climatum. ¶ In quarto de circulis et motibus planetarum: et de causis eclipsium.

Capitulum primum

Euclides.
Sphæra quid sit.



SPHÆRA igitur ab Euclide sic describitur. Sphæra est transitus circumferentiae dimidii circuli: quotiens fixa diametro quousque ad locum suum redeat circumducitur. Id est sphæra est tale rotundum et solidum quod describitur ab arcu semicirculi circumducto. Sphæra etiam a Theodosio sic describitur. Sphæra est solidum

Theodosius.



LIVIDIMOS o tratado da esfera em quatro capítulos. No primeiro será dito o que é a esfera, o que é o seu centro, o que é o eixo da esfera, o que é o pólo do mundo, quantas são as esferas, e qual é a forma do mundo. ¶No segundo, sobre os círculos dos quais se compõe a esfera material, e a supraceleste, por cuja imagem compreendemos que esta é composta. ¶No terceiro sobre o nascimento e o ocaso dos signos e sobre a diversidade dos dias e das noites que ocorrem para os que habitam em diversos lugares; e sobre a divisão dos climas. ¶No quarto, sobre os círculos e movimentos dos planetas, e sobre as causas dos eclipses.

Capítulo primeiro



A esfera assim é descrita por Euclides. Esfera é a passagem da circunferência de meio círculo, cujo diâmetro é fixo, conduzida circularmente até voltar ao seu lugar. Ou seja, esfera é o sólido redondo descrito pelo arco de semicírculo que gira. A esfera segundo Teodósio é assim descrita. Esfera é um sólido

Euclides.
O que é a esfera.

Teodósio.

quoddam una superficie contentum in cuius medio punctus est: a quo omnes lineæ ductæ ad circumferentiam sunt æquales. Et ille punctus dicitur centrum sphæræ. Linea vero recta transiens per centrum sphæræ applicans extremitates suas ad circumferentiam ex utraque parte dicitur axis sphæræ. Duo quidem puncta axem terminantia dicuntur poli mundi. ¶Sphæra autem dupliciter dividitur secundum substantiam: et secundum accidens. Secundum substantiam ubi sphæras novem scilicet in sphæram nonam quæ primus motus sive primum mobile dicitur. Et in sphæram stellarum fixarum quæ firmamentum nuncupatur. Et in septem sphæras septem planetarum: quarum quædam sunt maiores: quædam minores secundum quod plus accedunt vel recedunt a firmamento. Unde inter illas sphæra Saturni maxima est. Sphæra vero Lunæ minima: prout in sequenti figuratione continetur.


que é contido por uma superfície em cujo meio há um ponto tal que todas as linhas conduzidas até a sua circunferência são iguais. E esse ponto é chamado centro da esfera. A linha reta que passa pelo centro da esfera e cujas extremidades tocam a circunferência de cada uma das partes é chamada de eixo da esfera. Esses dois pontos pelos quais o eixo termina são chamados de pólos do mundo. ¶A esfera se divide de dois modos, segundo a substância e segundo o acidente. Segundo a substância em nove esferas, a saber: na esfera nona que é chamada de primeiro movimento ou primeiro móvel; e na esfera das estrelas fixas que é denominada firmamento; e em sete esferas dos sete planetas que são maiores ou menores conforme se aproximem ou se afastem do firmamento. Entre elas, a esfera de Saturno é a maior; a esfera da Lua é a menor, conforme está contido na figura seguinte.

Centro da esfera.

Eixo da esfera.

Pólos do mundo.


Divisão da esfera segundo a substância.



Divisio sphæra
secundum
accidens.

De sphæra recta.

¶ Secundum accidens autem dividitur in sphæram rectam et sphæram obliquam. Illi enim dicuntur habere sphæram rectam: qui manent sub æquinoctiali: si aliquis ibi manere possit. Et dicitur recta quoniam neuter polorum magis altero illis elevatur. Vel quoniam illorum horizon intersecat æquinoctialem



¶ Por acidente, por outro lado, é dividida em esfera reta e esfera oblíqua. Diz-se que aqueles que moram sob a equinocial possuem a esfera reta, se alguém pode morar lá. E é chamada de reta porque nenhum pólo se eleva mais do que o outro para eles. Ou porque seu horizonte corta a equinocial

Divisão da esfera segundo acidente.

Da esfera reta.

De sphæra
obliqua.

et intersecatur ab eodem ad angulos rectos sphærales. Illi vero dicuntur habere sphæram obliquam quicumque habitant citra æquinoctialem vel ultra. Illis enim supra horizontem alter polorum semper elevatur: reliquus vero semper deprimitur. Vel quoniam illorum horizon artificialis intersecat æquinoctialem et intersecatur ab eodem ad angulos impares et obliquos.

Quæ sit forma mundi

Elementaris regio
in quot dividatur.

Universalis autem mundi machina in duo dividitur: in ætheream scilicet: et elementarem regionem. Elementaris quidem alterationi continuæ pervia existens in quattuor dividitur. Est enim terra tamquam mundi centrum in medio omnium sita: circa quam aqua: circa aquam aer: circa aerem ignis illic purus et non turbidus orbem Lunæ attingens. Ut ait Aristoteles in libro Metheororum. Sic enim ea disposuit Deus gloriosus et sublimis. Et hæc quattuor elementa dicuntur quæ vicissim a semetipsis alterantur corrumpuntur et generantur. Sunt autem elementa corpora simplicia: quæ in partes diversarum formarum minime dividi possunt: Ex quorum commixtione diversæ generatiorum species fiunt. Quorum trium quodlibet terram orbiculariter

Elementa
quid sint.

e é interceptado por ela em ângulos retos esféricos. Diz-se que têm esfera oblíqua todos aqueles que habitam deste lado da equinocial ou além dela. Para eles realmente um pólo sempre se eleva sobre o horizonte: o outro sempre se abaixa. Ou porque seu horizonte artificial intercepta a equinocial e é interceptado por ela em ângulos diferentes e oblíquos.

Sobre a esfera oblíqua.

Qual é a forma do mundo

A máquina do mundo universal é dividida em duas, a saber: regiões etérea e elementar. A elementar, onde ocorrem alterações contínuas, é dividida em quatro. Realmente a terra está colocada no meio de tudo, como se fosse o centro do mundo; em volta dela a água; em volta da água, ar; em volta do ar, fogo, o qual é puro e não túrbido, e que atinge o orbe da Lua, como diz Aristóteles no livro sobre os Meteoros. Assim realmente o dispôs Deus, glorioso e sublime. E esses são chamados de quatro elementos porque mutuamente se alteram, corrompem e geram. Além disso os elementos são corpos simples, que não podem ser divididos em partes com formas diferentes. E por sua mistura são feitas diversas espécies de gerações. Três deles envolvem esféricamente a Terra por todos os lados

Em que se divide a região elementar.

O que são os elementos.

undique circumdat: nisi quantum siccitas terræ humori aquæ obsistit ad vitam animantium tuendam. Omnia etiam præter terram mobilia existunt: quæ ut centrum mundi ponderositate sui magnum extremorum motum undique æqualiter fugiens rotundæ sphæræ medium possidet. ¶ Circa elementarem quidem regionem ætherea regio lucida a variatione omni sua immutabili essentia immunis existens: motu continuo circulariter incedit: et hæc a philosophis quinta nuncupatur essentia. Cuius novem sunt sphæræ sicut in proximo pertractatum est scilicet Lunæ: Mercurii: Veneris: Solis: Martis: Iovis: Saturni: stellarum fixarum: et cæli ultimi. Istarum autem quælibet inferiorem sphærice circumdat. Quarum quidem duo sunt motus. Unus est enim cæli ultimi super duas axis extremitates scilicet polum arcticum: et antarcticum ab oriente per occidentem in orientem iterum rediens: quem æquinotialis circulus per medium dividit. Est etiam alius inferiorum sphærarum motus per obliquum huic oppositus super axes suos distantes a primis xxiii gradibus: et xxxiii minutis. Sed primus omnes alias sphæras secum impetu suo rapit infra diem et noctem circa terram semel:

Æthereæ regionis
divisio.

Motus cæli ultimi.

Motus
firmamenti et
planetarum.

exceto quando a secura da terra se separa do líquido da água para proteger a vida dos animais. Todos eles são móveis exceto a terra, que está no centro do mundo pelo seu grande peso, fugindo igualmente ao movimento para ambos os extremos, possuindo o meio da esfera redonda. ¶Em torno dessa região elementar há a região etérea lúcida, com essência imutável permanece imune a toda variação, com um movimento circular contínuo; e ela é chamada pelos filósofos de quinta essência. Da qual existem nove esferas, como acabou se ser dito, a saber: da Lua, de Mercúrio, de Vênus, do Sol, de Marte, de Júpiter, de Saturno, das estrelas fixas, e último céu. Cada uma destas circunda esfericamente a que lhe é inferior. E dois são os movimentos delas. Um é realmente o do último céu sobre as duas extremidades do eixo, a saber, pólo ártico e antártico, do oriente para o ocidente e retornando para o oriente, e que é dividido ao meio pelo círculo equinocial. Existe ainda o outro movimento das esferas inferiores, oblíquo e oposto a este, sobre seus eixos que distam do primeiro por 23 graus e 33 minutos. Mas o primeiro arrasta pelo seu ímpeto todas as outras inferiores em torno da terra no dia e noite

Divisão da região etérea.

Movimento do último céu.

Movimento do firmamento e dos planetas.

illis tamen contra nitentibus: ut octava sphaera in centum annis gradu uno. Hunc siquidem motum secundum dividit per medium Zodiacus: sub quo quilibet septem planetarum sphaeram habet propriam in qua defertur motu proprio contra caeli ultimi motum: et in diversis spatiis temporum ipsum metitur: ut Saturnus in xxx annis. Iupiter in xii. Mar in duobus. Sol in ccclxv diebus et fere sex horis. Venus et Mercurius fere similiter. Luna vero in xxvii diebus et octo horis.

De caeli revolutione

Quod caelum
moveatur ab
oriens in
occidentem:
primum signum.

Quod autem caelum evoluatur ab oriente in occidentem signum est. Stellae quae oriuntur in oriente semper elevantur paulatim et successive quousque in medium caeli veniant: et sunt semper in eadem propinquitate et remotione ad inuicem: et ita semper se habentes tendunt in occasum continue et uniformiter. ¶ Est et aliud signum. Stellae quae sunt iuxta polum arcticum: quae nobis nunquam occidunt moventur continue et uniformiter circa polum describendo circulos suos: et semper sunt in aequali distantia ad inuicem et propinquitate. Unde per istos duos motus continuos stellarum tam tendentium ad occasum quam non: patet quod firmamentum movetur ab oriente in occidentem.

Aliud signum.

apesar de lutarem contra isso, como no caso da oitava esfera um grau em 100 anos. Esse segundo movimento é dividido ao meio pelo Zodíaco, sob o qual cada um dos sete planetas tem sua própria esfera na qual é transportado por seu movimento próprio contra o movimento do último céu. E eles são medidos por diversos espaços de tempo, como Saturno em 30 anos, Júpiter em 12, Marte em dois, Sol em 365 dias e quase 6 horas, Vênus e Mercúrio quase iguais, e a Lua realmente em 27 dias e 8 horas.

Sobre a revolução dos céus

Além disso, que o céu gira do oriente para o ocidente é indicado: as estrelas que surgem no oriente sempre sobem gradualmente e sucessivamente até que chegam ao meio do céu, e estão sempre na mesma proximidade ou distância das outras, e sempre assim se mantendo tendem continua e uniformemente para o ocaso. ¶E há outro indício. As estrelas que estão próximas ao pólo ártico, que para nós nunca se põem, movem-se continua e uniformemente em torno do pólo, descrevendo seus círculos, e estão sempre a iguais distâncias e proximidades umas das outras. Portanto por esses dois movimentos contínuos das estrelas, tanto das que tendem ao ocaso quanto das que não, fica claro que o firmamento se move do oriente para o ocidente.

Que o céu se move do oriente para o ocidente: primeiro indício.

Outro indício.

De cæli rotunditate

Cælum esse
rotundum
probatum triplici
ratione.

Quod autem sit cælum rotundum triplex est ratio: similitudo: commoditas: et necessitas. Similitudo enim: quoniam mundus sensibilis factus est ad similitudinem mundi archetypi: in quo non est principium neque finis. Unde ad huius similitudinem mundus sensibilis habet formam rotundam: in qua non est assignare principium neque finem. Commoditas: quia omnium corporum isoperimetrorum sphaera maximum est: omnium etiam formarum rotunda est capacissima: quoniam igitur maximum et rotundum ideo capacissimum: unde cum mundus omnia contineat talis forma fuit illi utilis et commoda. Necessitas: quoniam si mundus esset alterius formæ quam rotundæ scilicet trilateræ vel quadrilateræ vel multilateræ sequerentur duo impossibilia scilicet quod aliquis locus esset vacuus: et corpus sine loco: quorum utrumque falsum est: sicut patet in angulis elevatis et circumvolutis.

Alfraganus.

¶Item sicut dicit Alfraganus. Si cælum esset planum aliqua pars cæli esset nobis propinquior alia. Illa scilicet quæ esset supra caput nostrum: igitur stella ibi existens esset nobis propinquior quam existens in ortu vel occasu: sed quæ nobis propinquiora sunt

Sobre a redondeza do céu

Há três razões pelas quais o céu é redondo: semelhança, comodidade e necessidade. Semelhança, porque o mundo sensível é feito à semelhança do mundo arquetípico, no qual não existe princípio nem fim. Portanto, para ser-lhe semelhante, o mundo sensível tem forma redonda, na qual não se pode assinalar princípio nem fim. Comodidade, porque de todos os corpos isoperimétricos a esfera é a maior; de todas as formas, a redonda é a de maior capacidade, portanto, como o mundo contém tudo, tal forma lhe é útil e cômoda. Necessidade: porque se o mundo tivesse outra forma diferente da redonda, a saber, trilátera ou quadrilátera ou multilátera, seguir-se-iam dois impossíveis, a saber, que em algum lugar haveria o vácuo, e que haveria corpo sem lugar – os quais são ambos falsos – como aparece em ângulos elevados e girados. ¶Além disso, como disse Alfragano, se o céu fosse plano alguma parte do céu estaria mais próxima de nós do que outras, a saber, aquela que estivesse sobre nossa cabeça; portanto a estrela que estivesse aí estaria mais próxima de nós do que a que estivesse nascendo ou se pondo; mas as que estão mais próximas de nós

Que o céu é redondo é provado por uma razão tripla.

Alfragano.

maiora videntur. Ergo Sol existens in medio cæli maior videri deberet quam existens in ortu vel in occasu: cuius contrarium videmus contingere: maior enim apparet Sol vel alia stella existens in oriente vel occidente quam in medio cæli. Sed cum rei veritas ita non sit: huius apparentiæ causa est: quod in tempore hyemali vel pluviali quidam vapores ascendunt inter aspectum nostrum et Solem vel aliam stellam: et cum illi vapores sint corpus diaphanorum disgregant radios nostros visuales ita quod non comprehendunt rem in sua naturali et vera quantitate: sicut patet de denario proiecto in fundo aquæ limpidæ: qui propter similem disgregationem radiorum apparet maioris quam suæ veræ quantitatis.

Quod terra sit rotunda

Terræ rotunditas
probat multis
modis.

Quod etiam terra sit rotunda sic patet. Signa et stellæ non æqualiter oriuntur et occidunt omnibus hominibus ubique existentibus: sed prius oriuntur et occidunt illis qui sunt vel versus orientem: et quod citius et tardius oriuntur et occidunt quibusdam: causa est tumor terræ: quod bene patet per ea quæ fiunt in sublimi. Una enim et eadem eclipsis Lunæ numero quæ apparet nobis in prima hora noctis: apparet orientalibus circa

parecem ser maiores. Assim, o Sol que está no meio do céu deveria ser visto maior do que quando está nascendo ou se pondo; e vemos acontecer o contrário disso; realmente, o Sol ou outra estrela parece maior quando está no oriente ou no ocidente, do que no meio do céu. Mas isso não é uma coisa verdadeira. A causa dessa aparência é que no tempo de inverno ou de chuvas certos vapores sobem entre nossa posição e o Sol ou outra estrela: e como esses vapores são corpos diáfanos, desagregam os nossos raios visuais, e por isso não captamos as coisas em sua quantidade natural e verdadeira; como aparece com o dinheiro lançado no fundo da água límpida, que por causa de uma desagregação semelhante dos raios, aparece maior do que sua verdadeira quantidade.

Adverte.

Que a terra seja redonda

Que a terra também é redonda aparece assim. Os signos e as estrelas não surgem e se põem igualmente para todos os homens que estão em todos os lugares; mas primeiramente surgem e se põem para aqueles que estão para o oriente, e surgem e se põem mais tarde para os outros. A causa é a tumefação da terra, o que é bem aparente para aqueles que estão acima. Pois um mesmo eclipse da Lua que nos aparece na primeira hora da noite, aparece para os orientais perto

A redondeza da Terra é provada de muitos modos.

Alia probatio
rotunditatis
terræ.

horam noctis tertiam. Unde constat quod prius fuit illis nox: et Sol prius eis occidit quam nobis. Cuius rei causa est tantum tumor terræ. ¶ Quod terra etiam habeat tumorositatem a septentrione in austrum: et contra sic patet. Existentibus versus septentrionem quædam stellæ sunt sempiternæ apparitionis scilicet quæ propinquæ accedunt ad polum arcticum. Aliæ vero sunt sempiternæ occultationis sicut illæ quæ sunt propinquæ polo antarctico. Si igitur aliquis procederet a septentrione versus austrum: in tantum posset procedere quod stellæ quæ prius erant ei sempiternæ apparitionis: ei iam tenderent in occasum: et quanto magis accederet ad austrum: tanto plus moverentur in occasum. Ille iterum idem homo posset videre stellas quæ prius fuerant ei sempiternæ occultationis. Et e converso contingeret alicui procedenti ab austro versus septentrionem. Huius autem rei causa est tumor terræ. ¶ Item si terra esset plana ab oriente in occidentem: tam cito orirentur stellæ occidentalibus quam orientalibus: quod patet esse falsum. ¶ Item si terra esset plana a septentrione in austrum et econtra stellæ quæ essent alicui sempiternæ apparitionis: semper apparent ei quocunque procederet: quod

Item alia
probatio eiusdem.

Alia probatio
ad idem.

da terceira hora da noite, o que mostra que a noite ocorreu primeiro para eles, e o Sol se pôs primeiro para eles do que para nós. A causa disso é a tumefação da terra. ¶Que a terra tem também uma tumefação do norte para o sul e vice-versa é mostrado assim. Para aqueles que vivem para o norte, certas estrelas são sempre aparentes, a saber, as que estão mais próximas do pólo ártico. Outras estão sempre ocultas, como aquelas que estão mais próximas do pólo antártico. Se, então, alguém caminhar do norte para o sul, pode se afastar tanto que aquelas estrelas que antes lhe eram sempre aparentes tendam para o ocaso. E quanto mais se aproximar do sul, mais se moverão para o ocaso. I também lhe ocorrerá que o homem poderá ver estrelas que antes lhe estavam sempre ocultas. E inversamente aconteceria se alguém procedesse do sul para o norte. E a causa disso é a tumefação da terra. ¶Além disso, se a terra fosse plana do oriente para o ocidente, as estrelas surgiriam tão cedo para os orientais quanto para os ocidentais, o que é falso. ¶Além disso, se a terra fosse plana do norte para o sul e vice-versa, as estrelas que fossem para alguém sempre visíveis seriam aparentes para ele, para onde quer que fosse; o que

Outra prova da redondeza da terra.

Ainda outra prova do mesmo.

Outra prova do mesmo.

falsum est. Sed quod plana sit præ nimia eius
quantitate hominum visui apparet.

Quod aqua sit rotunda

Aquam esse
rotundam probat
primo sic.

Quod autem aqua habeat tumorem et accedat
ad rotunditatem sic patet. Ponatur signum in
littore maris: et exeat navis a portu: et in tan-
tum elongetur quod oculus existentis iuxta pe-
dem mali non possit videret signum. Stante
vero navi oculus eiusdem existentis in summi-
tate mali bene videbit signum illud. Sed oculus
existentis iuxta pedem mali melius deberet vi-
dere signum quam qui est in summitate: sicut
patet per lineas ductas ab utroque ad signum: et
nulla alia huius rei causa est quam tumor aquæ.
Excludantur enim omnia alia impedimenta: si-
cut nebulæ et vapores ascendentes. ¶Item cum
aqua sit corpus homogeneum totum cum par-
tibus eiusdem erit rationis: sed partes aquæ
sicut in guttulis et roribus herbarum accidit: ro-
tundam naturaliter appetunt formam: ergo et
totum cuius sunt partes.

Alio probatio.

Quod terra sit centrum mundi

Terram esse
centrum mundi
probatur
multipliciter.

Quod autem terra sit in medio firmamenti sita.
sic patet. Existentibus in superficie terræ stellæ
apparent eiusdem quantitatis: sive sint in medio
cæli: sive

é falso. Mas parece plana ao olhar dos homens por causa de sua grande quantidade.

Que a água é redonda

Que a água também tem uma tumefação e se aproxima da forma redonda aparece assim. Seja colocado um sinal no litoral do mar, e que um navio saia do porto; e que ele se afaste tanto que o olho que está junto ao pé do mastro não possa ver o sinal. No entanto, parando o navio, o mesmo olho estando no topo do mastro veria bem aquele sinal, mas o olho que está junto ao pé do mastro deveria ser o sinal melhor do que aquele que está no topo; como é aparente pela linha conduzida de ambos ao sinal. E a causa não é nenhuma outra senão a tumefação da água. Pois realmente podem ser excluídos todos os outros impedimentos, como as nuvens e os vapores ascendentes. ¶Além disso, como a água é um corpo homogêneo, o todo segue a mesma razão que as partes; mas as partes da água naturalmente desejam a forma redonda, como acontece em gotinhas e no orvalho das ervas. Portanto igualmente o todo do qual são partes.

Ser a água redonda prova primeiramente assim.

Outra prova.

Que a terra é o centro do mundo

Além disso, que a terra está situada no meio do firmamento é mostrado assim. Para os que vivem na superfície da terra as estrelas lhes parecem da mesma quantidade, tanto no meio do céu, quanto

É provado de muitas formas que a terra é o centro do mundo.

uxta ortum: sive iuxta occasum. Et hoc quia terra æqualiter distat ab eis. Si enim terra magis accederet ad firmamentum in una parte quam in alia: aliquis existens in illa parte superficiei terræ quæ magis accederet ad firmamentum non videret cæli medietatem: sed hoc est contra Ptolomæum et omnes philosophos dicentes quod ubicumque existat homo sex signa oriuntur ei et sex occidunt: et medietas cæli semper apparet ei: medietas vero occultatur. ¶ Illud

Alia ratio.

item est signum quod terra sit tamquam centrum et punctus respectu firmamenti: quia si terra esset alicuius quantitatis respectu firmamenti non contingeret medietatem cæli videri.

Alia ratio.

¶ Item si intelligatur superficies plana super centrum terræ dividens eam in duo æqualia: et per consequens ipsum firmamentum. Oculus igitur existens in centro terræ videret medietatem firmamenti: idem quæ existens in superficie terræ

Corelatium.

videret eandem medietatem. Ex his colligitur quod insensibilis est quantitas terræ quæ est a superficie ad centrum: et per consequens quantitas totius terræ insensibilis est respectu firmamenti.

Alfraganus.

Dicit etiam Alfraganus quod minima stellarum fixarum visu notabilium maior est tota terra: sed ipsa stella respectu firmamenti est quasi punctus:

perto do nascente, quanto perto do poente. E isso porque a terra está igualmente distante deles. Portanto, se a terra se aproximasse mais do firmamento em uma parte do que em outra, aquele que estivesse naquela parte da superfície da terra que se aproximasse mais do firmamento não veria a metade do céu; mas isso é contra Ptolomeu e todos os filósofos que dizem que seja onde for que esteja um homem, seis signos nascem e seis se põem para ele, e aparece-lhe sempre a metade do céu, e metade realmente se oculta. ¶ Isso também é um sinal de que a terra é como um centro e um ponto com relação ao firmamento; pois se a terra tivesse alguma quantidade em relação ao firmamento, não aconteceria que a metade do céu fosse vista. ¶ Também se pensarmos em uma superfície plana sobre o centro da terra dividindo-a em duas iguais; e conseqüentemente o próprio firmamento; aquele olho que estivesse no centro da terra veria a metade do firmamento, assim como o que estivesse na superfície da terra veria a mesma metade. Daí se conclui que a quantidade da terra que está entre a superfície e o centro é insensível, e conseqüentemente toda a quantidade da terra é insensível com relação ao firmamento. Disse realmente Alfragano que a menor estrela fixa visível é maior do que toda a terra; mas essa mesma estrela é quase um ponto com relação ao firmamento;

Outra razão.

Outra razão.

Correlação.

Alfragano.

multo igitur fortius terra: cum sit minor ea.

De immobilitate terræ

Terra est immobilis.

Quod autem terra in medio omnium immobiliter teneatur: cum sit summe gravis: sic persuaderi videtur esse eius gravitas. Omne enim grave tendit naturaliter ad centrum. Centrum quidem punctus est in medio firmamenti: terra igitur cum sit summe gravis: ad punctum illum naturaliter tendit. Item quicquid a medio movetur versus circumferentiam cæli ascendit: terra a medio movetur. Ergo ascendit. Quod pro impossibili relinquatur.

De quantitate absoluta terræ

Terræ quantitas.

Totius autem terræ ambitus auctoritate Ambrosii Theodosii Macrobiani et Euristenis philosophorum ducenta et lxx milia stadia continere diffinitur. Unicuique quidem cccclxx partium zodiaci septingenta deputando stadia. Sumpto enim astrolabio in stellatæ noctis claritate per utrumque mediclinii foramen polo perspecto notetur graduum multitudo in qua steterit mediclinium: deinde procedat cosmimetra directe contra septentrionem a meridie donec in alterius noctis claritate viso ut prius polo steterit altius uno gradu mediclinium. Post hoc mensus sit huius itineris spatium: et invenietur septingentorum stadiorum. Deinde datis

muito mais ainda a terra, pois é menor do que ela.

Sobre a imobilidade da terra

Que além disso a terra se mantém imóvel no meio de tudo, embora seja extremamente pesada, assim se pode persuadir sendo visto o que é sua gravidade. Realmente todo grave tende naturalmente para o centro, centro esse que é um ponto no meio do firmamento. Portanto a terra, sendo extremamente pesada, tende naturalmente para esse ponto. Além disso, qualquer coisa que se mova do meio para a circunferência do céu sobe. Se a terra se movesse do centro, ela portanto subiria, o que se abandona por ser impossível.

A terra é imóvel.

Sobre a quantidade absoluta da terra

O circuito total da terra, segundo a autoridade dos filósofos Ambrósio, Teodósio, Macróbio e Eratóstenes é definido como contendo 252.000 estádios. Isso corresponde a atribuir 700 estádios para cada uma das 360 partes do zodíaco. Tome-se um astrolábio em uma noite clara estrelada e olhando o pólo por ambos os furos do mediclinium, seja anotado o número de graus em que está o mediclinium. Então que o medidor do cosmo caminhe diretamente do sul para o norte até que em outra noite clara, olhando como antes, o pólo esteja um grau mais alto no mediclinium. Depois disso, seja medido o espaço de seu itinerário; e se encontrarão 700 estádios. Então, dando

Quantidade da terra.

unicuique ccclx graduum tot stadiis terreni orbis ambitus inventus erit. Ex his autem iuxta circuli et diametri regulam: terræ diameter sic inveniri poterit. Aufer vigesimam secundam partem de circuitu terræ: et remanentis tertia pars hoc est octingenta et clxxxi stadia et semis et tertia unius stadii erit terreni orbis diameter sive spissitudo.

Capitulum secundum

*De circulis ex quibus sphæra componitur:
et illa supercælestis quæ per istam
imaginatur componi intelligitur.*



ORUM autem circulorum quidam sunt maiores: quidam minores: ut sensui patet. Maior enim circulus in sphæra dicitur qui descriptus in superficie sphæræ super eius centrum: dividit sphæram in duo æqualia. Minor vero qui descriptus in superficie sphæræ eam non dividit in duo æqualia sed in portiones inæquales. Inter circulos vero maiores: primo dicendum est de æquinoctiali. Est igitur æquinoctialis circulus quidam dividens sphæram in duo æqualia secundum quamlibet sui partem æquidistans ab utroque polo. Et dicitur æquinoctialis quoniam quando Sol transit per illum: quod est bis in anno in principio Arietis scilicet et in

o mesmo número de estádios para cada um dos 360 graus, é determinado o âmbito do orbe terrestre. Além disso, pela regra do círculo e do diâmetro pode-se assim determinar o diâmetro da terra. Tire a vigésima segunda parte do circuito da terra, e a terça parte do remanescente que é 80.181 estádios e meio e um terço de um estádio, é o diâmetro ou espessura do orbe terrestre.

Capítulo segundo

Sobre os círculos de que é composta a esfera, e sobre aqueles supracelestes pelos quais se compreende ser composta esta sua imagem.



ESSES círculos alguns são maiores, outros são menores, como os sentidos mostram. Pois chama-se de círculo maior da esfera aquele que é descrito na superfície da esfera em torno do seu centro e que divide a esfera em duas iguais. Menor, realmente, aquele que é descrito na superfície da esfera e que não a divide em duas iguais, mas em porções desiguais. Dentre os círculos maiores, primeiro devemos falar sobre o equinocial. Equinocial é esse círculo que divide a esfera em duas iguais e que em todas as suas partes tem a mesma distância de ambos os pólos. E é chamado de equinocial porque quando o Sol passa por ele – o que ocorre duas vezes no ano, a saber, no princípio de Áries e no

principio Libræ est æquinoctium in universa terra. Unde etiam appellatur æquator diei et noctis: quia adæquat diem artificialem nocti. Et dicitur cingulus primi motus. Unde sciendum quod primus motus dicitur motus primi mobilis: hoc est nonæ sphæræ sive cæli ultimi: qui est ab oriente per occidentem rediens iterum in orientem qui etiam dicitur motus rationalis: ad similitudinem motus rationis qui est in microcosmo. Id est in homine scilicet quando fit consideratio a creatore per creaturas in creatorem ibi sistendo. Secundus motus firmamenti et planetarum contrarius huic ab occidente per orientem iterum rediens in occidentem. Qui motus dicitur irrationalis sive sensualis: ad similitudinem motus microcosmi. Qui est a corruptibilibus ad creatorem iterum rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus: quia cingit sive dividit primum mobile scilicet sphæram nonam in duo æqualia æquidistans a polis mundi. Unde notandum quod polus mundi qui nobis semper apparet: dicitur polus septentrionalis: arcticus: vel borealis. Septentrionalis dicitur a septentrione: hoc est a minori Ursa: qui dicitur a septem et trion: quod est bos: quia

Primus motus
primi mobilis.

Secundus motus
firmamenti et
planetarum.

Cingulus primi
motus.

Polus arcticus.

princípio de Libra – é equinócio em toda a terra. E por isso é chamado de equador do dia e da noite, pois iguala o dia artificial e a noite. E é chamado de cinturão do primeiro movimento. Deve-se saber que se chama de primeiro movimento o movimento do primeiro móvel, que é a nona esfera ou último céu, que é trazido do oriente para ocidente e de volta para o oriente, que também é chamado de movimento racional, pela semelhança com o movimento da razão que está no microcosmo, ou seja, no homem, quando seu pensamento vai para o criador, pelas criaturas até o criador, e aí para. O segundo movimento do firmamento e dos planetas é contrário a esse, do ocidente para o oriente e voltando para o ocidente. Esse movimento é chamado de irracional ou sensual, por semelhança com o movimento do microcosmo, que vai das coisas corruptíveis ao criador e de novo retorna aos corruptíveis. Ele é chamado portanto cinturão do primeiro movimento, pois cinge ou divide o primeiro móvel – ou seja, a nona esfera – em dois iguais, e é equidistante dos pólos do mundo. Deve-se notar que o pólo do mundo que é sempre visível para nós é chamado de pólo setentrional, ártico ou boreal. Diz-se setentrional de septentrione, ou seja, da Ursa Menor, que é denominada a partir de septem e trion, que é boi; pois

Primeiro movimento do primeiro móvel.

Segundo movimento do firmamento e dos planetas.

Cinturão do primeiro movimento.

Pólo ártico.

septem stellæ quæ sunt in Ursa tarde moventur ad modum bovis: cum sint propinquæ polo. Vel dicuntur illæ septem stellæ septentriones: quasi septem teriones eo quod terunt partes circa polum. Arcticus quidem dicitur ab arctos quod est maior Ursa. Est enim iuxta maiorem Ursam. Borealis vero dicitur quia est in illa parte a qua venit boreas. Polus vero oppositus dicitur antarcticus: quasi contra arcticum positus. Dicitur et meridionalis quia ex parte meridiei est: dicitur etiam australis: quia est in illa parte a qua venit auster. Ista igitur duo puncta in firmamento stabilia: dicuntur poli mundi: quia sphæræ axem terminant: et ad illos volvitur mundus: quorum unus semper nobis apparet: reliquus vero semper occultatur. Unde Virgilius in primo Georgicorum. Hic vertex nobis semper sublimis: at illum Sub pedibus Styx atra vident manesque profundi.

Polus antarcticus.

Virgilius.

De zodiaco circulo

Zodiacus
circulus.

Est alius circulus in sphæra qui intersecat æquinoctialem: et intersecatur ab eodem in duas partes æquales: et una eius medietas declinat versus septentrionem: alia versus austrum: et dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est vita: quia secundum motum planetarum sub illo est omnis vita in

as sete estrelas que estão na Ursa se movem lentamente como os bois, porque estão próximas do pólo. Ou essas sete estrelas são chamadas de setentrionais, como *septe teriones*, porque caminham [*terunt*] nas regiões perto do pólo. É chamado de ártico a partir de *arctos*, que é a Ursa Maior, pois ele está perto da Ursa Maior. É chamado realmente de boreal porque está na direção de onde vem [o vento] *boreas*. O pólo oposto é chamado de antártico, por estar colocado quase contra o ártico. E é chamado de meridional, porque está na direção do sul [*meridie*]. Também é chamado austral, porque está na direção de onde vem o [vento] *auster*. Esses dois pontos no firmamento são ambos imóveis; são chamados de pólos do mundo, porque terminam o eixo da esfera. O mundo gira sobre eles. Um deles sempre nos é visível, o outro realmente sempre é ocultado. Por isso Virgílio, no primeiro [livro] das *Geórgicas*: “Seu vértice sempre acima para nós; mas aquele / sob os pés do negro Styx é visto pelos manes das profundezas.”

Pólo antártico.

Virgílio.

Sobre o círculo do zodíaco

Existe outro círculo na esfera que intercepta a equinocial e é interceptado por ela em duas partes iguais; e uma dessas duas metades se inclina para o norte, a outra para o sul; e ele é chamado de círculo do zodíaco a partir de *zoe*, que é vida; pois segundo o movimento dos planetas sob ele ocorre toda a vida nas

Círculo do zodíaco.

rebus inferioribus. Vel dicitur a zodiacum quod est animal: quia cum dividatur in xii partes æquales quælibet pars appellatur signum: et nomen habet speciale a nomine alicuius animalis propter proprietatem aliquam convenientem tam ipsi quam animali: vel propter dispositivam stellarum fixarum in illis partibus ad modum huiusmodi animalium. Iste vero circulus latine dicitur signifer: quia fert signa: vel quia dividitur in ea. Ab Aristotele vero in libro de generatione et corruptione dicitur circulus obliquus: ubi dicit quod secundum accessum et recessum Solis in circulo obliquo fiunt generationes et corruptiones in rebus inferioribus. Nomina autem signorum ordinatio et numerus in his patent versibus. Sunt Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo. Libraque Scorpius Architenens Caper Amphora Pisces. Quodlibet autem signum dividitur in xxx gradus. Unde patet quod in toto zodiaco sunt ccclx gradus. Secundum autem astronomos iterum quilibet gradus dividitur in lx minuta: quodlibet minutum in lx secunda: quodlibet secundum in lx tertia. Et sic deinceps usque ad .x. Et sicut dividitur zodiacus ab astronomo. Ita et quilibet circulus in sphaera sive maior sive minor in partes

Aristoteles.

Nomina ordo
et numerus
signorum.

Signorum in
gradus et
graduum in
minuta divisio.

coisas inferiores. Ou é derivado de *zodion*, que significa animal: porque é dividido em 12 partes iguais, cada uma das quais é chamada de signo; e tem seu nome particular do nome de algum animal, por causa de alguma propriedade que convém tanto a ele quanto ao animal; ou por causa da disposição das estrelas fixas em suas partes como aquele tipo de animal. Esse círculo é denominado *signifer* em latim porque transporta os signos, ou porque é dividido neles. Aristóteles no livro *Sobre a geração e corrupção* o chama de círculo oblíquo, onde diz que, conforme a aproximação e afastamento do Sol no círculo oblíquo, são produzidas as gerações e corrupções nas coisas inferiores. Os nomes, ordem e número são colocados nesses versos: “São Áries, Touro, Gêmeos, Câncer, Leão, Virgem, / Libra e Escorpião, Architenens, Cabra, Ânfora, Peixes.” Além disso, cada signo é dividido em 30 graus. Fica assim claro que no zodíaco inteiro há 360 graus. Também, de acordo com os astrônomos, qualquer um dos graus é dividido em 60 minutos; qualquer minuto em 60 segundos, qualquer segundo em 60 terços; e assim por diante até 10. E assim como o zodíaco é dividido pelo astrônomo, da mesma forma qualquer círculo da esfera, seja ele maior ou menor, [é dividido] em partes

Aristóteles.

Nomes, ordem e número dos signos.

Divisão dos signos em graus, e dos graus em minutos.

consimiles. Cum omnis etiam circulus in sphaera præter zodiacum intelligatur sicut linea vel circumferentia: solus zodiacus intelligatur ut superficies habens in latitudine sua xii gradus de cuiusmodi gradibus iam locuti sumus. Unde patet quod quidam mentiuntur in astrologia dicentes signa esse quadrata: nisi abutentes nomine idem appellent quadratum et quadrangulum. Signum enim habet xxx gradus in longitudine xii vero in latitudine. Linea autem dividens zodiacum in circuitu ita quod ex una parte sui relinquat sex gradus: et ex alia parte alios sex dicitur linea ecliptica: quoniam quando Sol et Luna sunt linealiter sub illa contingit eclipsis Solis aut Lunæ. Solis: ut si fiat novilunium et Luna interponatur recte inter aspectus nostros et corpus solare. Lunæ: ut in plenilunio quando Sol Lunæ opponitur diametrialiter. Unde eclipsis Lunæ nihil aliud est quam interpositio terræ inter corpus Solis et Lunæ. Sol quidem semper decurrit sub ecliptica omnes alii planetæ declinant vel versus septentrionem: vel versus austrum. Quandoque autem sunt sub ecliptica. Pars vero zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali versus septentrionem dicitur septentrionalis: vel borealis: vel arctica. Et illa

Longitudo et
latitudo
signorum.

Linea ecliptica.

Eclipsis solis.

Eclipsis lunæ.

semelhantes. Todos os círculos da esfera, exceto o zodíaco, são compreendidos como uma linha ou circunferência: só o zodíaco é compreendido como uma superfície tendo 12 graus de largura, graus do tipo que acabamos de mencionar. Portanto, é claro que alguns mentem na astrologia quando dizem que os signos são quadrados: a menos que abusem da palavra chamando quadrado e quadrângulo do mesmo modo. Pois cada signo tem realmente 30 graus de comprimento e 12 de largura. Por outro lado, a linha que divide o zodíaco em seu circuito, de modo que de um lado deixa 6 graus e do outro lado outros 6, é chamada de eclíptica: pois quando o Sol e a Lua estão alinhados sob ela, ocorre um eclipse do Sol ou da Lua. Do Sol, se ocorrer Lua nova e a Lua se interpuser diretamente entre nosso olhar e o corpo solar. Da Lua, se na Lua cheia, quando o Sol se opõe diametralmente à Lua. Portanto o eclipse da Lua nada mais é do que a interposição da Terra entre o corpo do Sol e a Lua. O Sol sempre se move sob a eclíptica, mas todos os outros planetas se desviam para o norte ou sul. Algumas vezes, no entanto, eles estão sob a eclíptica. A parte do zodíaco que se desvia da equinocial para o norte é chamada de norte, ou boreal, ou ártica. E aqueles

Comprimento e largura dos signos.

Linha eclíptica.

Eclipse do Sol.

Eclipse da Lua.

Quæ dicuntur
signa
septentionalia.

Quæ
meridionalia.

In ponitur
per sub.

Esse in signo
dicitur multis
modis.

sex signa quæ sunt a principio Arietis usque ad finem Virginis: dicuntur signa septentionalia. Alia pars zodiaci quæ declinat ab æquinoctiali versus meridiem dicitur merionalis: vel australis: vel antarctica. Et sex signa quæ sunt a principio Libræ usque in fine Piscium dicuntur meridionalia vel australia. Cum autem dicitur quod in Ariete est Sol: vel in alio signo: sciendum quod hæc præpositio in sumitur per sub. Secundum quod nunc accipimus signum. In alia autem significatione dicitur signum pyramis quadrilatera: cuius basis est illa superficies quam appellamus signum: vertex vero eius est in centro terræ. Et secundum hoc proprie loquendo possumus dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicitur signum ut intelligantur sex circuli transeuntes super polos zodiaci: et per principia xii signorum. Illi sex circuli dividunt totam superficiem sphæræ in xii partes latas in medio: arctiores vero iuxta polos zodiaci: et quælibet pars talis dicitur signum. Et nomen habet speciale a nomine illius signi: quod intercipitur inter suas duas lineas. Et secundum hanc acceptionem stellæ quæ sunt iuxta polos dicuntur esse in signis. ¶Item intelligatur corpus quoddam: cuius basis sit signum: secundum quod nunc ultimo accipimus signum: acumen vero

seis signos que estão do início de Áries até o fim de Virgem são chamados signos setentrionais. A outra parte do zodíaco que se inclina da equinocial para o sul é chamada de meridional, ou austral, ou antártica. E os seis signos que estão do início de Libra até o fim de Peixes são chamados de meridionais ou austrais. Por outro lado, quando se diz que o Sol está em Áries, ou em outro signo, deve-se saber que essa preposição *em* é tomada no lugar de *abaixo*, segundo o que agora aceitamos ser um signo. Em outro significado diferente, é chamado de signo uma pirâmide quadrilátera, cuja base é aquela superfície que chamamos de signo; seu vértice está realmente no centro da Terra. E nesse sentido podemos dizer propriamente que os planetas estão nos signos. Em um terceiro modo, são chamados de signos como produzido por seis círculos que passam pelos pólos do zodíaco, e pelo início dos 12 signos. Esses seis círculos dividem toda a superfície da esfera em 12 partes, largas no meio, porém mais estreitas perto dos pólos do zodíaco, e cada uma dessas partes é chamada de signo. E tem um nome particular pelo nome daquele signo que é interceptado entre suas duas linhas. E segundo essa acepção, as estrelas que estão próximas dos pólos são ditas estarem nos signos. ¶E pense em um corpo assim: cuja base é um signo nesse último sentido que aceitamos, mas cuja borda

Quais são chamados signos setentrionais.

Quais meridionais.

Em colocado no lugar de abaixo.

Estar no signo é dito de muitos modos.

eius sit super axem zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatione dicitur signum: secundum quam acceptionem totus mundus dividitur in xii partes æquales quæ dicuntur signa: et sic quicquid est in mundo est in aliquo signo.

De duobus coluris

Sunt autem alii duo circuli maiores in sphæra: qui dicuntur coluri: quorum officium est distinguere solstitia et æquinoclia. Dicitur autem Colurus unde. colurus a colon Græcæ quod est membrum: et uros quod est bos silvester: quia quemadmodum cauda bovis silvestris erecta: quæ est eius membrum facit semicirculum: et non perfectum: ita colurus semper apparet nobis imperfectus quoniam solum una eius medietas apparet: alias vero nobis occultatur. Colurus igitur distinguens solstitia transit per polos mundi: et per polos zodiaci: et maximas Solis declinationes. Hoc est per primos gradus Cancris et Capricorni. Unde primus punctus Cancris ubi colurus iste intersectat zodiacum dicitur punctus solstitii æstivalis: quia quando Sol est in eo est solstitium æstivale: et non potest Sol magis accedere ad zenith Zenith quid sit. capitis nostri. Est autem zenith punctus in firmamento directe suprapositus capitibus nostris. Arcus vero coluri qui intercipitur inter punctum

esteja no eixo do zodíaco. Tal corpo é chamado de signo em um quarto sentido, de acordo com cujo uso o mundo inteiro é dividido em doze partes iguais, que são chamadas de signos, e assim tudo o que está no mundo está em algum signo.

Sobre os dois coluros

Além disso há outros dois círculos maiores na esfera que são chamados coluros, cuja função é distinguir solstícios e equinócios. Coluro é denominado do grego colon, que é membro, e uros, que é boi selvagem; porque, assim como a cauda erguida de um boi selvagem, que é seu membro, descreve um semicírculo, e não um círculo completo, da mesma forma o coluro sempre parece a nós imperfeito porque só uma de suas metades aparece; a outra realmente é ocultada de nós. Aquele coluro que distingue os solstícios passa pelos pólos do mundo e pelos pólos do zodíaco; e pela maior declinação do Sol; ou seja, pelo primeiro grau de Câncer e Capricórnio. Assim, o primeiro ponto de Câncer, onde esse coluro intercepta o zodíaco, é chamado de ponto do solstício de verão; porque, quando o Sol está nele, é solstício de verão; e o Sol não pode se aproximar mais de nosso zênite. O zênite é um ponto no firmamento diretamente acima de nossas cabeças. O arco do coluro que é interceptado entre o ponto

O que é coluro.

O que é zênite.

Maxima solis
declinatio.
Ptolomæus.
Almeon.

solstitii æstivalis: et æquinoctialem appellatur maxima Solis declinatio. Et est secundum Ptolomæum xxiii graduum: et li minutorum. Secundum Almeonem vero xxiii graduum et xxxiii minutorum. Similiter primus punctus Capricorni: ubi idem colurus ex alia parte intersecat zodiacum dicitur punctus solstitii hyemalis: et arcus coluri interceptus inter punctum illum et æquinoctialem dicitur alia maxima Solis declinatio. Et est æqualis priori. Alter quidem colurus transit per polos mundi: et per prima puncta Arietis et Libræ: ubi sunt duo æquinoctia: unde appellatur colurus distinguens æquinoctia. Isti autem duo coluri intersecant sese super polos mundi ad angulos rectos sphærales. Signa quidem solstitiorum et æquinoctiorum patent his versibus. Hæc duo solstitia faciunt Cancer Capricornus. Sed noctes æquant Aries et Libra diebus.

Signa
solsticiorum et
æquinoctiorum.

De meridiano et horizonte

Meridianus
circulus.

Sunt iterum duo alii circuli in maiores sphæra scilicet meridianus: et horizon. Est autem meridianus circulus quidam transiens per polos mundi: et per zenith capitis nostri. Et dicitur meridianus: quia ubicumque sit homo: et in quocumque tempore anni quando Sol motu firmamenti pervenit ad suum

do solstício de verão e a equinocial é chamado de declinação máxima do Sol. E, segundo Ptolomeu, é de 23 graus e 51 minutos. De acordo com Almeon, 23 graus e 33 minutos. De modo semelhante, o primeiro ponto do Capricórnio, onde o mesmo coluro intercepta o zodíaco no outro lado, é chamado ponto do solstício do inverno; e o arco do coluro interceptado entre esse ponto e a equinocial é chamado de declinação máxima do Sol. E é igual ao anterior. Aquele outro coluro passa pelos pólos do mundo e pelos primeiros pontos de Áries e Libra, onde estão os dois equinócios; por isso é chamado de coluro que identifica os equinócios. Além disso esses dois coluros se interceptam sobre os pólos do mundo em ângulos retos esféricos. Os signos dos solstícios e equinócios são apresentados nestes versos: “Estes dois, Câncer e Capricórnio, fazem os solstícios, / Mas Áries e Libra igualam as noites aos dias.”

Declinação máxima do Sol. Ptolomeu. Almeon.

Signos dos solstícios e equinócios.

Sobre o meridiano e o horizonte

Existem ainda dois outros círculos maiores na esfera, a saber, o meridiano e o horizonte. O meridiano é o círculo que passa pelos pólos do mundo e pelo zênite de nossas cabeças. E é chamado de meridiano porque, seja onde for que um homem esteja e em qualquer tempo do ano, quando o Sol pelo movimento do firmamento atinge seu

Círculo meridiano.

meridianum est illi meridies. Consimili ratione dicitur circulus mediæ diei. Et notandum quod civitates quarum una magis accedit ad orientem quam alia habent diversos meridianos. Arcus vero æquinoctialis interceptus inter duos meridianos dicitur longitudo civitatum. Si autem duæ civitates eundem habeant meridianum: tunc æqualiter distant ab oriente et occidente. Horizon vero est circulus dividens inferius hemisphærium a superiori. Unde appellatur horizon id est terminator visus. Dicitur etiam horizon circulus hemisphærii. Est autem duplex horizon: rectus et obliquus sive declivis. Rectum horizontem: et sphæram rectam habent illi quorum zenith est in æquinoctiali: quia illorum horizon est circulus transiens per polos mundi dividens æquinoctialem ad angulos rectos sphærales. Unde dicitur horizon rectus: et sphæra recta. Obliquum horizontem: sive declivem habent illi quibus polus mundi elevatur supra horizontem: quoniam illorum horizon intersecat æquinoctialem ad angulos impares et obliquos. Unde dicitur horizon obliquus: et sphæra obliqua sive declivis. Zenith autem capitis nostri semper est polus horizontis. Unde ex his patet quod quanta est elevatio poli mundi supra horizontem: tanta

Longitudo
civitatum.

Horizon.

Duplex est
horizon.

meridiano, é meio-dia para ele. Por razão semelhante é chamado de círculo do meio-dia. E deve ser notado que as cidades das quais uma está mais próxima do oriente do que a outra possuem meridianos diferentes. O arco da equinocial interceptado entre dois meridianos é chamado de longitude das cidades. Além disso, se duas cidades possuem o mesmo meridiano, elas estão igualmente distantes do oriente e do ocidente. O horizonte é realmente um círculo que divide o hemisfério inferior do superior. Por isso é chamado de horizonte, isto é, limitador da visão. O horizonte é também chamado de círculo do hemisfério. Além disso, o horizonte é de dois tipos: reto e oblíquo ou inclinado. Possuem um horizonte reto e esfera reta aqueles cujo zênite está na equinocial; pois seu horizonte é um círculo que passa pelos pólos do mundo dividindo a equinocial em ângulos retos esféricos. E por isso é chamado de horizonte reto e esfera reta. Aqueles para quem o pólo do mundo se eleva acima do horizonte possuem horizonte oblíquo ou inclinado; pois seu horizonte intercepta a equinocial em ângulos desiguais e oblíquos. Por isso é chamado de horizonte oblíquo e de esfera oblíqua ou inclinada. Além disso, o zênite sobre nossas cabeças é sempre o pólo do horizonte. A partir disso é evidente que a elevação do pólo do mundo sobre o horizonte é tão grande quanto

Longitude das cidades.

Horizonte.

O horizonte é de dois tipos.

est distantia zenith ab æquinoctiali. Quod sic patet. Cum in quolibet die naturali uterque colurus bis iungatur meridiano: sive idem sit quod meridianus: quicquid de uno probatur et de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solstitia quæ est ab æquinoctiali usquæ ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiusdem coluri: quæ est a zenith usque ad horizontem: cum zenith sit polus horizontis: istæ duæ quartæ cum sint quartæ eiusdem circuli inter se sunt æquales: sed si ab æqualibus æqualia demantur: vel idem commune residua erunt æqualia. Dempto igitur communi arcu scilicet qui est inter zenith et polum mundi residua erunt æqualia scilicet elevatio poli mundi supra horizontem: et distantia zenith ab æquinoctiali.

De quattuor circulis minoribus

Circulus solsticii.

Dicto de sex circulis maioribus: dicendum est de quattuor minoribus. Notandum igitur quod Sol existens in primo puncto Cancris: sive in puncto solstitii æstivalis raptu firmamenti describit quendam circulum: qui ultimo descriptus est a Sole ex parte poli arctici. Unde appellatur circulus solstitii æstivalis æstivalis ratione superius dicta: vel tropicus æstivalis a tropos quod est conversio: quoniam tunc Sol incipit se convertere ad inferius hemisphærium

a distância do zênite à equinocial, o que se vê desta maneira. Como em qualquer dia natural cada um dos coluros se junta ou se torna idêntico ao meridiano duas vezes, tudo o que for provado para um vale para o outro. Some, então, a quarta parte do coluro que identifica os solstícios, que está da equinocial até o pólo do mundo. Some outra quarta parte do mesmo coluro, que está do zênite até o horizonte. Como o zênite é o pólo do horizonte, esses dois quartos, como são quartos do mesmo círculo, são iguais entre si. Mas se de iguais forem subtraídos iguais, ou a mesma coisa comum a ambos, os restos serão iguais. Portanto, se subtrairmos o arco comum, a saber, aquele que está entre o zênite e o pólo do mundo, os restos serão iguais, a saber, a elevação do pólo do mundo acima do horizonte, e a distância do zênite à equinocial.

Sobre os quatro círculos menores

Tendo falado sobre os seis grandes círculos, devem ser descritos os quatro menores. Note-se, então, que o Sol, quando está no primeiro ponto de Câncer ou no ponto do solstício de verão, pelo arrastamento do firmamento descreve o círculo, que é o último descrito pelo Sol perto do pólo Ártico. Por isso é chamado de círculo do solstício de verão pela razão mencionada de verão acima, ou trópico de verão, de tropos, que é volta, porque então o Sol começa a voltar para o hemisfério inferior

Círculo do solstício.

Circulus solsticii
hyemalis.

Circulus arcticus.

Circulus
antarcticus.

et recedere a nobis. Sol iterum existens in primo puncto Capricorni sive solstitii hyemalis: raptu firmamenti describit quendam circulum qui ultimo describitur a Sole ex parte poli antarctici. Unde appellatur circulus solstitii hyemalis: sive tropicus hyemalis: quia tunc Sol convertitur ad nos. Cum autem zodiacus declinat ab æquinotiali: et polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moveatur octava sphaera: et zodiacus qui est pars octavæ sphaeræ movebitur circa axem mundi: et polus zodiaci movebitur circa polum mundi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticum dicitur circulus arcticus. Ille vero circulus quem describit alter polus zodiaci circa polum mundi antarcticum dicitur circulus antarcticus. Quanta est etiam maxima Solis declinatio scilicet ab æquinotiali: tanta est distantia poli mundi ad polum zodiaci: quod sic patet. Sumatur colurus distinguens solstitia qui transit per polos mundi: et per polos zodiaci. Cum igitur omnes quartæ unius et eiusdem circuli inter se sint æquales quarta huius coluri: quæ est ab æquinotiali usque ad polum mundi erit æqualis quartæ eiusdem

e a se afastar de nós. Por outro lado, quando o Sol está no primeiro ponto do Capricórnio ou no solstício de inverno, arrastado pelo firmamento descreve outro círculo que é o último descrito pelo Sol perto do pólo Antártico. Por isso é chamado de círculo do solstício de inverno, ou trópico de inverno; porque então o Sol se volta para nós. Como o zodíaco se inclina em relação à equinocial, o pólo do zodíaco se afastará do pólo do mundo. Portanto, como a oitava esfera e o zodíaco, que é uma parte da oitava esfera, se movem em torno do eixo do mundo, o pólo do zodíaco, também, se moverá em torno do pólo do mundo. Este círculo que o pólo do zodíaco descreve em torno do pólo Ártico do mundo é chamado de círculo Ártico. E aquele círculo que o outro pólo do zodíaco descreve em torno do pólo Antártico do mundo é chamado de círculo Antártico. A declinação máxima do Sol, a saber, em relação à equinocial, é igual à distância do pólo do mundo ao pólo do zodíaco, o que é mostrado da seguinte forma. Some o coluro que distingue os solstícios, que passa pelos pólos do mundo e pelos pólos do zodíaco. Como todos os quartos de um mesmo círculo são iguais entre si, o quarto deste coluro que está da equinocial até o pólo do mundo é igual ao quarto do mesmo

Círculo do solstício de inverno.

Círculo Ártico.

Círculo Antártico.

Ptolomæus.

coluri: quæ est a primo puncto Cancrici usque ad polum zodiaci. Igitur ab illis æqualibus dempto communi arcu qui est a primo puncto Cancrici usque ad polum mundi residua erunt æqualia scilicet maxima Solis declinatio: et distantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autem circulus arcticus secundum quamlibet sui partem æquidistet a polo mundi patet quod illa pars coluri quæ est inter primum punctum Cancrici: et circulum arcticum fere est dupla ad maximam Solis declinationem: sive ad arcum eiusdem coluri qui intercipitur inter circulum arcticum et polum mundi arcticum: qui etiam arcus æqualis est maximæ Solis declinationi. Cum enim colurus iste sicut alii circuli in sphaera sit cccx graduum: quarta eius erit lxxxx graduum. Cum igitur maxima Solis declinatio secundum Ptolomæum sit xxiii graduum et li minutorum: et totidem graduum sit arcus qui est inter circulum arcticum: et polum mundi arcticum: si ista duo simul iuncta: quæ fere faciunt xlviii gradus subtrahantur a lxxxx residuum erunt xlii gradus: quantus est arcus coluri: qui est inter primum punctum Cancrici et circulum arcticum. Et sic patet quod ille arcus fere duplus est ad maximam Solis declinationem. ¶Notandum quod æquinoctialis cum quattuor circulis minoribus dicuntur

coluro que vai do primeiro ponto de Câncer até o pólo do zodíaco. Então, se subtrairmos desses iguais o arco comum que vai do primeiro ponto de Câncer até o pólo do mundo, os restos serão iguais, a saber, a declinação máxima do Sol e a distância do pólo do mundo ao pólo do zodíaco. Além disso, como o círculo Ártico é equidistante segundo qualquer de suas partes ao pólo do mundo, é evidente que essa parte do coluro que está entre o primeiro ponto de Câncer e o círculo Ártico é quase o dobro da declinação máxima do Sol, ou o arco do mesmo coluro interceptado entre o círculo Ártico e o pólo Ártico do mundo, pois esse arco é igual à declinação máxima do Sol. Como esse coluro, como os outros círculos da esfera, tem 360 graus, um quarto dele terá 90 graus. Então, como a declinação máxima do Sol, segundo Ptolomeu, é de 23 graus e 51 minutos; e como igual número de graus tem o arco que está entre o círculo Ártico e o pólo Ártico do mundo, se esses dois forem unidos, o que faz aproximadamente 48 graus, e subtraído de 90, o resto será de 42 graus, que é o arco do coluro que está entre o primeiro ponto de Câncer e o círculo Ártico. Assim, é claro que esse arco é quase o dobro da declinação máxima do Sol. ¶Deve ser notado que a equinocial juntamente com os quatro círculos menores são chamados

Ptolomeu.

quinque paralleli quasi æquidistantes: non quia quantum primus distat a secundo: tantum secundus distat a tertio: quia hoc falsum est sicut iam patuit: sed quia quilibet duo circuli simul iuncti secundum quamlibet sui partem æquidistant ab invicem et dicuntur parallelus æquinoctialis: parallelus solstitii æstivalis: parallelus solstitii hyemalis: parallelus arcticus: et parallelus antarcticus. ¶ Notandum etiam quod quattuor paralleli minores scilicet duo tropici: et parallelus arcticus: et parallelus antarcticus distinguunt in cælo quinque zonas sive regiones. Unde Virgilius in Georgicis. Quinque tenent cælum zone: quarum una corusco Semper Sole rubens: et torrida semper ab igni. Distinguuntur etiam totidem plagæ in terra directe prædictis zonis supposite. Unde Ovidius primo Metamorphoseon. Totidemque plagæ telluræ præmuntur in orbem: Quarum quæ media est: non est habitabilis æstu. Nix tenet alta duas: totidemque inter utrasque locavit. Temperiem dedit mixta cum frigore flamma. ¶ Illa igitur zona quæ est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis propter calorem Solis discurrentis semper inter tropicos. Similiter plaga terræ illi directe supposita dicitur inhabitabilis propter calorem Solis discurrentis super illam. Illæ vero duæ

Virgilius.

Ovidius.

de cinco paralelos quase eqüidistantes; não porque o primeiro diste tanto do segundo quanto o segundo dista do terceiro, porque isso é falso, como foi mostrado; mas porque dois círculos quaisquer tomados juntos são eqüidistantes em todas as suas partes. E são chamados de paralelo equinocial, paralelo do solstício de verão, paralelo do solstício de inverno, paralelo Ártico e paralelo Antártico. ¶Deve ser notado ainda que os quatro paralelos menores, a saber, os dois trópicos, o paralelo Ártico e o paralelo Antártico, distinguem no céu cinco zonas ou regiões. Por isso, Virgílio, nas *Geórgicas*: “O céu tem cinco zonas, das quais uma pelo ardor / do Sol está sempre vermelha, e sempre tórrida pelo fogo.” São distinguidas também igual número de regiões na Terra, diretamente abaixo das ditas zonas. Por isso, Ovídio, no primeiro das *Metamorfoses*: “E zonas em igual número são marcadas na terra. / Delas, a que está no meio não é habitável por causa do calor; / a neve recobre as duas superiores; e entre elas ele colocou outras / temperadas, dando-lhe uma mistura de frio com fogo.” ¶Aquela zona que fica entre os trópicos é dita inabitável por causa do calor do Sol, que está sempre correndo entre os trópicos. De modo semelhante, a região da terra diretamente abaixo dela é dita inabitável por causa do calor do Sol, que sempre corre acima dela. Mas essas duas

Virgílio.

Ovídio.

zonæ quæ circumscribuntur a circulo arctico: et circulo antarctico circa polos mundi inhabitabiles sunt propter nimiam frigiditatem: quia Sol ab eis maxime removetur. Similiter intelligendum est de plagis terræ illis directe suppositis. Illæ autem duæ zonæ: quarum una est inter tropicum æstivalem et circulum arcticum: et reliqua quæ est inter tropicum hyemalem et circulum antarcticum: habitabiles sunt: et temperatæ a caliditate torridæ zonæ existentis inter tropicos: et frigiditate zonarum extremarum quæ sunt circa polos mundi. Idem intellige de plagis terræ illis directe suppositis.

Capitulum tertium

De ortu et ocasu signorum: de diversitate dierum et noctium: et de diversitate climatum.

Triplex est ortus
et occasus
signorum
secundum poetas.



Ortus cosmicus.

IGNORUM autem ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniam quantum ad poetas: et quantum ad astronomos. Est igitur ortus et occasus signorum quo ad poetas triplex scilicet cosmicus: chronicus: et heliacus. Cosmicus enim ortus sive mundanus est quando signum vel stella supra horizontem ex parte orientis de die ascendit. Et licet in qualibet die artificiali sex signa sic orientantur: tamen antono-mastice signum

zonas que são delimitadas pelo círculo Ártico e pelo círculo Antártico em torno dos pólos do mundo são inabitáveis por causa do frio excessivo, pois o Sol está mais distante delas. O mesmo deve ser entendido das regiões da terra que lhes estão diretamente abaixo. Mas essas duas zonas, das quais uma está entre o trópico de verão e o círculo Ártico e a outra entre o trópico de inverno e o círculo Antártico, são habitáveis e temperadas pelo calor da zona tórrida que está entre os trópicos e pelo frio das zonas extremas que estão em torno dos pólos do mundo. O mesmo se compreende das partes da Terra diretamente abaixo delas.

Capítulo terceiro

Sobre o nascimento e o ocaso dos signos; sobre a diversidade dos dias e das noites; e sobre a diversidade dos climas.



S nascimentos e ocasos dos signos são compreendidos de dois modos: segundo os poetas e segundo os astrônomos. O nascimento e ocaso dos signos de acordo com os poetas é de três tipos, a saber, cósmico, crônico e helíaco. O nascimento é cósmico ou mundano quando o signo ou estrela se ergue acima do horizonte, no oriente, durante o dia. E embora em qualquer dia artificial seis signos nasçam assim, no entanto, por antonomásia, o signo

O nascimento e o ocaso dos signos é tríplice.

Nascimento cósmico.

illud dicitur cosmice oriri cum quo et in quo Sol mane oritur. Et hic ortus proprius et principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in Georgicis habetur: ubi docetur satio fabarum et milii in vere Sole existente in Tauro: sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus: et adverso cedens canis occidit astro. Occasus vero cosmicus est respectu oppositionis scilicet quando Sol oritur cum aliquo signo cuius signi oppositum occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in Georgicis: ubi docetur satio frumenti in fine autumnii Sole existente in Scorpione: qui cum oritur cum Sole Taurus signi eius oppositum ubi sunt Pleiades occidit: sic. Ante tibi Eoe Atlantides abscondantur. Debita: quam sulcis committas semina. Chronicus ortus sive temporalis est quando signum vel stella post Solis occasum supra horizontem ex parte orientis emergit chronice scilicet de nocte. Et dicitur temporalis: quia tempus mathematicorum nascitur cum Solis occasu. De hoc ortu habemus in Ovidio de Ponto ubi conqueritur moram exilii sui dicens. Quattuor autumnos Pleias orta facit. Significans per quattuor autumnos quadraginta [*sic*] quattuor annos transisse postquam missus erat in exilium. Sed Virgilius voluit in autumnno Pleiades occidere: ergo contrarii videntur. Sed ratio huius est quod secundum

Virgilius.

Occasus cosmicus.

Virgilius.
Pleiades. Ortus chronicus.

Ovidio.

com o qual e no qual o Sol nasce na manhã diz-se que nasce cosmicamente. E este nascimento é dito próprio e principal e quotidiano. Temos um exemplo desse nascimento nas *Geórgicas*, onde é ensinada a plantação das favas e do milho alvo no tempo da primavera, quando o Sol está em Touro, assim: “O touro branco com chifres brilhantes abre o ano, / e o cão, cedendo à estrela adversa, se põe.” O ocaso cósmico diz respeito à oposição, a saber, quando o Sol se ergue com um signo, cujo signo oposto se põe cosmicamente. Esse ocaso é citado nas *Geórgicas*, onde é ensinado o semear do trigo no final do outono, quando o Sol está em Escorpião. Pois quando ele se ergue com o Sol, o Touro, signo que lhe é oposto, onde estão as Plêiades, se põe. Assim: “Quando diante de ti as Atlântidas se escondem, / entregue a semente, como é devido, ao sulco.” O nascimento é crônico ou temporal quando um signo ou estrela, depois do ocaso do Sol, surge sobre o horizonte no lado do oriente de forma crônica, a saber, à noite. É chamado de temporal, porque o tempo dos matemáticos nasce com o ocaso do Sol. Sobre esse nascimento temos em *Sobre o Ponto* de Ovídio, onde ele lamenta seu exílio prolongado, dizendo: “O nascimento das Plêiades faz quatro outonos”, indicando pelos quatro outonos os quatro anos que tinham passado desde que fora enviado para o exílio. Mas Virgílio quer que as Plêiades se ponham no outono: portanto parecem contraditórios. Mas a razão disso é que segundo

Virgílio.

Ocaso cósmico.

Virgílio. Plêiades.
Nascimento
crônico.

Ovídio.

Virgilium occidunt cosmice: secundum Ovidium oriuntur chronice quod bene potest contingere eodem die. Sed differenter tamen: quia cosmicus occasus est respectu temporis matutini. Chronicus vero ortus respectu vespertini est. Chronicus occasus est respectu oppositionis. Unde Lucanus sic inquit. Tunc nox Thessalicas urgebat parva sagittas. Heliacus ortus: sive solaris est quando signum vel stella videri potest per elongationem Solis ab illo: quod prius videri non poterat Solis propinquitate. Exemplum huius ponit Ovidius in libro de Fastes sic. Iam levis obliqua subsedit Aquarius urna. Et Virgilius in Georgicis. Gnosiaque ardentis descendit stella coronæ. Quæ iuxta Scorpionem existens non videbatur: dum Sol erat in Scorpione. Occasus heliacus est: quando Sol ad signum accedit: et illud sua presentia et luminositate videri non permittit. Huius exemplum est in versu præmisso scilicet. Taurus et adverso cedens canis occidit astro.

Lucanus.
Ortus heliacus.

Ovidius.
Virgilius.

Occasus heliacus.

De ortu et occasu signorum secundum astrologos

De ortu et occasu
signorum in
sphæra recta.

Sequitur de ortu et occasu signorum prout sumunt astronomi: et prius in sphæra recta.

Virgílio elas se põem cosmicamente, e segundo Ovídio elas nascem cronicamente, o que pode bem ocorrer no mesmo dia; mas de modos diferentes, pois o ocaso cósmico se refere ao tempo do amanhecer, mas o nascimento crônico se refere ao anoitecer. O ocaso crônico é uma questão de oposição. Por isso Lucano assim diz: “Então a noite curta atirou flechas da Tessália”. O nascimento é helíaco ou solar quando o signo ou estrela pode ser visto por causa da distância do Sol até ele; enquanto previamente não podia ser visto pela proximidade do Sol. Ovídio coloca um exemplo disso no livro dos *Fastos*, assim: “Agora o Aquário idoso assenta-se abaixo com a urna inclinada”. E Virgílio, nas *Geórgicas*: “E a estrela de Gnosos da coroa flamejante desce.” A qual, estando perto de Escorpião, não era visível enquanto o Sol estava em Escorpião. O ocaso é helíaco quando o Sol se aproxima de um signo e por sua presença e luminosidade não permite que este seja visto. Um exemplo disso está no verso citado, a saber: “E o cão, cedendo à estrela adversa, se põe”.

Lucano.

Nascimento helíaco.

Ovídio.

Virgílio.

Ocasso helíaco.

Sobre o nascimento e o ocaso dos signos segundo os astrólogos

Em seguida o nascimento e ocaso dos signos de acordo com os astrônomos; e primeiramente na esfera reta.

Sobre o nascimento e ocaso dos signos na esfera reta.

Sciendum est quod tam in sphæra recta quam obliqua ascendit æquinoctialis circulus semper uniformiter scilicet in temporibus æqualibus æquales arcus ascendunt. Motus enim cæli uniformis est: et angulus quem facit æquinoctialis cum horizonte obliquo non diversificatur in aliquibus horis. Partes vero zodiaci non de necessitate habent æquales ascensiones in utraque sphæra: quia quanto aliqua zodiaci pars rectius oritur tanto plus temporis ponitur in suo ortu. Huius signum est: quia sex signa oriuntur in longa vel brevi die artificiali similiter et in nocte. ¶Notandum igitur quod ortus vel occasus alicuius signi nihil aliud est quam illam partem æquinoctialis oriri quæ oritur cum illo signo oriente: vel ascendente supra horizontem: vel illam partem æquinoctialis occidere quæ occidit cum illo signo occidente id est tendente ad occasum sub horizontem. Signum autem recte oriri dicitur cum quo maior pars æquinoctialis oritur: oblique vero cum quo minor. Similiter etiam intelligendum est de occasu. ¶Et est sciendum quod in sphæra recta quattuor quartæ zodiaci inchoatæ quattuor punctis: duobus scilicet solstitialibus et duobus æquinoctialibus adæquantur suis ascensionibus. Id est quantum temporis

Ortus vel occasus
signorum quid sit.

Signum recte vel
oblique oriri
quod sit.

Deve-se saber que tanto na esfera reta quanto na oblíqua, o círculo equinocial sobe sempre uniformemente, a saber, em tempos iguais sobem arcos iguais. Realmente, o movimento do céu é uniforme; e o ângulo que a equinocial faz com o horizonte oblíquo não se altera em qualquer hora. No entanto, as partes do zodíaco não têm necessariamente iguais ascensões em ambas esferas; pois quanto mais reta nascer aquela parte do zodíaco, tanto maior tempo gastará no seu nascimento. Um sinal disso é que seis signos nascem igualmente nos dias artificiais longos ou breves, e nas noites. ¶Deve-se notar que o nascimento e ocaso de qualquer signo nada mais é do que o nascimento daquela parte da equinocial que nasce com aquele signo no oriente, quando ele aparece acima do horizonte, ou o ocaso aquela parte da equinocial que se põe com aquele signo quando ele se põe, isto é, quando tende ao ocaso sob o horizonte. Diz-se que um signo nasce reto quando uma grande parte da equinocial nasce com ele; obliquamente quanto uma menor. O mesmo deve ser compreendido do ocaso. ¶Deve-se saber que na esfera reta os quatro quartos do zodíaco começando com os quatro pontos, a saber, os dois solstícios e os dois equinócios, são iguais em suas ascensões; ou seja, o mesmo tempo

O que é o nascimento ou ocaso dos signos.

O que é o nascimento reto ou oblíquo do signo.

consumitur quarta zodiaci in suo ortu in tanto tempore quarta æquinoctialis illi conterminalis peroritur. Sed tamen partes illarum quartarum variantur: neque habent æquales ascensiones: sicut iam patebit. Est enim regula. Quilibet duo arcus zodiaci æquales et æqualiter distantes ab aliquo quattuor punctorum iam dictorum æquales habent ascensiones. Et ex hoc sequitur quod signa opposita æquales habent ascensiones. Et hoc est quod dicit Lucanus loquens de processu Catonis in Libyam versus æquinoctialem. Non obliqua meant: nec Tauro rector exit Scorpius: aut Aries donat sua tempora Libræ: Aut Astræa iubet lentos descendere Pisces. Par Geminis Chiron: et idem quod Charcinus ardens. Humidus Ægloceros: nec plus Leo tollitur Urna. Hic dicit Lucanus quod existentibus sub æquinoctiali signa opposita æquales habent ascensiones et occasus. Oppositio autem signorum habetur per hunc versum. Est li. ari. scor. tau. sa. gemi. capri. can. a. le. pis. vir. ¶ Et notandum quod non valet talis argumentatio. Isti duo arcus sunt æquales: et simul incipiunt oriri: et semper maior pars oritur de uno quam de reliquo: ergo ille arcus citius peroritur cuius maior pars semper oriebatur. Instantia huius argumentationis

Lucanus.

Oppositio signorum.

que um quarto do zodíaco gasta em seu nascimento, será o tempo gasto pelo quarto da equinocial que lhe corresponde para erguer-se. Mas as partes desses quartos variam e não possuem ascensões iguais, como aparecerá agora. Eis realmente a regra: dois arcos quaisquer do zodíaco, iguais e igualmente distantes de um dos quatro pontos já mencionados, possuem iguais ascensões. Daí se segue que signos opostos possuem ascensões iguais. E isso é o que Lucano diz falando sobre a marcha de Cato na Líbia, perto da equinocial: “Eles não se movem obliquamente, nem Escorpião sai mais reto do que Touro, / nem Áries cede seu tempo a Libra, / nem Astrea pede a Peixes para descer lentamente. / Chiron é par com Gêmeos, e o Carcino ardente é igual / ao úmido Aegloceros, nem o Leão se move mais do que a Urna”. Aqui Lucano diz que para os que estão sob a equinocial, signos opostos possuem igual ascensão e ocaso. Além disso, a oposição dos signos é dada por este verso: “São Libra, Áries, Escorpião, Touro, Sagitário, Gêmeos, Capricórnio, Câncer, Aquário, Leão, Peixes, Virgem”. ¶E deve-se notar que tal argumentação não vale: estes dois arcos são iguais e começam a se erguer juntos e sempre se ergue uma parte maior de um do que do outro; portanto, ergue-se mais rapidamente o arco daquele do qual se ergue uma parte maior. Um exemplo deste argumento

Lucano.

Oposição dos signos.

De ortu et occasu
signorum
in sphæra
obliqua.

manifesta est in partibus prædictarum quartarum. Si enim sumatur quarta pars zodiaci: quæ est a principio Arietis usque ad finem Geminarum: semper maior pars oritur de quarta zodiaci: quam de quarta æquinoctialis sibi conterminali: et tamen illæ duæ quartæ simul peroriuntur. Idem intellige de quarta zodiaci quæ est a principio Libræ usque ad finem Sagittarii. ¶Item si sumatur quarta zodiaci quæ est a principio Cancri usque ad finem Virginis: semper maior pars oritur de quarta æquinoctialis: quam de quarta zodiaci illi conterminali: et tamen illæ duæ quartæ simul peroriuntur. Idem intellige de quarta zodiaci quæ est a primo puncto Capriorni usque in finem Piscium. ¶In sphæra autem obliqua sive declivi duæ medietates zodiaci adequantur suis ascensionibus. Medietates dico quæ sumuntur a duobus punctis æquinoctialibus: quia medietas zodiaci: quæ est a principio Arietis usque in finem Virginis oritur cum medietate æquinoctialis sibi conterminali. Similiter alia medietas zodiaci oritur cum reliqua medietate æquinoctialis. Partes autem illarum medietatum variantur secundum suas ascensiones: quoniam in illa medietate zodiaci: quæ est a principio Arietis usque in finem Virginis semper maior pars oritur de zodiaco quam de æquinoctiali:

é mostrado no caso das partes dos quartos acima mencionados. Pois se for somada a quarta parte do zodíaco que está do princípio de Áries até o fim de Gêmeos, sempre se ergue uma parte maior do quarto do zodíaco do que do quarto da equinocial que lhe corresponde. No entanto, esses quartos nascem simultaneamente. O mesmo deve ser entendido do quarto do zodíaco que está do princípio de Libra até o fim de Sagitário. ¶ Também, se for tomado o quarto do zodíaco que se estende do início de Câncer até o fim de Virgem, sempre se erguerá uma parte maior do quarto da equinocial do que do quarto do zodíaco que lhe corresponde. No entanto, esses dois quartos nascem simultaneamente. O mesmo se entende para o quarto do zodíaco que está do primeiro ponto de Capricórnio até o fim de Peixes. ¶ Na esfera oblíqua ou inclinada, as metades do zodíaco têm ascensões iguais. Quero dizer as metades que são tomadas a partir dos dois pontos equinociais, porque a metade do zodíaco que está do início de Áries até o fim de Virgem ergue-se com a metade da equinocial que lhe corresponde. De modo semelhante, a outra metade do zodíaco ergue-se com a outra metade da equinocial. Mas as partes dessas metades variam segundo suas ascensões; pois na metade do zodíaco que está do início de Áries até o fim de Virgem, sempre se ergue uma parte maior do zodíaco do que da equinocial;

Sobre o
nascimento
e o ocaso
dos signos
na esfera oblíqua.

et tamen illæ medietates simul peroriuntur. E converso contingit in reliqua medietate zodiaci: quæ est a principio Libræ usque ad finem Piscium: semper enim maior pars oritur de æquinoctiali quam de zodiaco: et tamen illæ medietates simul peroriuntur. Unde hic patet instantia facta manifestior contra argumentationem superius dictam: arcus autem qui succedunt Arieti usque ad finem Virginis in sphæra obliqua minuunt ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphæra recta: quia minus oritur de æquinoctiali. Et arcus qui succedunt Libræ usque ad finem Piscium in sphæra obliqua augent ascensiones suas supra ascensiones eorundem arcuum in sphæra recta: quia plus oritur de æquinoctiali. Augent dico secundum tantam quantitatem in quanta arcus succedentes Arieti minuunt. Ex hoc patet quod duo arcus æquales: et oppositi in sphæra declivi habent ascensiones suas iunctas æquales ascensionibus eorundem arcuum in sphæra recta simul sumptis: quia quanta est diminutio ex una parte: tanta est additio ex altera. Licet enim arcus inter se æquales: tamen quantum unus minor est tantum recuperat alius: et sic patet adæquatio. Regula quidem est in sphæra

é no entanto, essas metades nascem simultaneamente. O oposto ocorre na outra metade do zodíaco, que está do princípio de Libra até o fim de Peixes: pois sempre se ergue uma parte maior da equinocial do que do zodíaco; no entanto, essas metades completam seus nascimentos simultaneamente. Assim, este exemplo é claramente contrário ao argumento acima mencionado. Além disso, os arcos que sucedem Áries até o fim de Virgem na esfera oblíqua diminuem sua ascensão comparados com as ascensões dos mesmos arcos na esfera reta; pois sobem menos do que a equinocial. E os arcos que sucedem Libra até o fim de Peixes na esfera oblíqua aumentam sua ascensão em relação à ascensão dos mesmos arcos na esfera reta; pois sobem mais do que a equinocial. Aumentam, digo, pela mesma quantidade que os arcos que seguem Áries diminuem. Disso fica evidente que dois arcos iguais e opostos na esfera inclinada têm a soma de suas ascensões igual às ascensões dos mesmos arcos somados na esfera reta; porque o mesmo que é diminuído por um lado, é adicionado por outro. Embora realmente os arcos sejam iguais entre si, entretanto aquilo que um tem de menor o outro tem de maior, e assim se mantém a adequação. A regra, realmente, é que na esfera

obliqua quod quilibet duo arcus zodiaci æquales et æqualiter distantes ab alterutro punctorum æquinocialium æquales habent ascensiones. Ex predictis etiam patet quod dies naturales sunt inæquales. Est enim dies naturalis revolutio æquinocialis circa terram semel cum tanta zodiaci parte quanta interim Sol pertransit motu proprio contra firmamentum. Sed cum ascensiones illorum arcuum sint inæquales: ut patet per prædicta tam in sphæra recta quam in obliqua: et penes additamenta illarum ascensionum considerentur: dies naturales illi de necessitate erunt inæquales. In sphæra recta propter unicam causam scilicet propter obliquitatem zodiaci: in sphæra vero obliqua propter duas causas scilicet propter obliquitatem zodiaci: et obliquitatem horizontis obliqui. Tertia solet assignari causa eccentricitas circuli Solis. ¶Notandum etiam quod Sol tendens a primo puncto Capricorni per Arietem usque ad primum punctum Cancri raptu firmamenti describit clxxxii parallelos qui etiam paralleli: et si non omnino sint circuli sed spiræ: cum tamen non sit in hoc error sensibilis: in hoc vis non constituatur: si circuli appellentur: de numero quorum circulorum sunt duo tropici: et unus æquinocialis. Item iam dictos circulos

oblíqua dois arcos quaisquer do zodíaco que são iguais e igualmente distantes de qualquer dos pontos equinociais possuem ascensões desiguais. A partir do que foi dito é também claro que os dias naturais são desiguais. Pois um dia natural é a revolução da equinocial em torno da Terra com uma parte do zodíaco igual à que o Sol percorre durante esse tempo por seu próprio movimento contra o firmamento. Mas, como as ascensões desses arcos são desiguais, como é evidente pelo que foi dito antes, tanto na esfera reta quanto na oblíqua, e os dias naturais são considerados de acordo com o aumento dessas ascensões, eles serão necessariamente desiguais. Na esfera reta por uma única razão, a saber, pela obliquidade do zodíaco; na esfera oblíqua por duas causas, a saber, a obliquidade do zodíaco e a obliquidade do horizonte oblíquo. Além disso, deve-se assinalar uma terceira causa, a excentricidade do círculo do Sol. ¶ Deve ser também notado que o Sol, movendo-se do primeiro ponto de Capricórnio através de Áries até o primeiro ponto de Câncer, arrastado pelo firmamento, descreve 182 paralelos, paralelos aos quais, embora não sejam realmente círculos mas espirais, já que não há erro sensível nisso, não se faz nenhuma violência se forem chamados de círculos, entre cujos círculos estão os dois trópicos e uma equinocial. Além disso, os ditos círculos

describit Sol raptu firmamenti descendens a primo puncto Cancrī per Libram usque ad primum punctum Capricorni. Et isti circuli dierum naturalium circuli appellantur. Arcus autem qui sunt supra horizontem sunt arcus dierum artificialium. Arcus vero qui sunt sub horizonte sunt arcus noctium. In sphæra igitur recta cum horizon sphærae rectae transeat per polos mundi dividit omnes circulos istos in partes æquales. Unde tanti sunt arcus dierum: quanti sunt arcus noctium apud existentes sub æquinoctiali. Unde patet quod existentibus sub æquinoctiali in quacunque parte firmamenti sit Sol est semper æquinoctium. In sphæra autem declivi horizon obliquus dividit solum æquinoctialem in duas partes æquales. Unde quando Sol est in alterutro punctorum æquinoctialium tunc arcus diei æquatur arcui noctis: et est æquinoctium in universa terra. Omnes vero alios circulos dividit horizon obliquus in partes inæquales: ita quod in omnibus circulis qui sunt ab æquinoctiali usque ad tropicum Cancrī: et in ipso tropico Cancrī maior est arcus diei quam noctis. Id est arcus super horizontem quam sub horizonte. Unde in toto tempore quo Sol movetur a prin-

são descritos pelo Sol arrastado pelo firmamento descendo do primeiro ponto de Câncer, através de Libra, até o primeiro ponto de Capricórnio. E esses círculos são chamados de círculos dos dias naturais. Mas os arcos que estão acima do horizonte são os arcos dos dias artificiais; e os arcos que estão abaixo do horizonte são os arcos das noites. Na esfera reta, como o horizonte da esfera reta passa pelos pólos do mundo, divide todos esses círculos em partes iguais. Portanto os arcos dos dias são iguais aos arcos da noite para os que estão sob a equinocial. Portanto é evidente que para aqueles que estão sob a equinocial, sejam em qual parte do firmamento que esteja o Sol, é sempre equinócio. Mas na esfera inclinada o horizonte oblíquo divide apenas a equinocial em duas partes iguais. Portanto, quando o Sol está em qualquer dos pontos equinociais, então o arco do dia é igual ao arco da noite; e há equinócio na Terra toda. Mas o horizonte oblíquo divide realmente todos os outros círculos em partes desiguais; de modo que em todos os círculos que estão da equatorial até o trópico de Câncer, e no próprio trópico de Câncer, o arco do dia é maior do que o da noite. Isto é, o arco acima do horizonte do que abaixo do horizonte. Portanto, em todo o tempo em que o Sol é movido do

cipio Arietis per Cancrum usque in finem Virgini-
nis maiorantur dies supra noctes: et tanto plus
quanto magis accedit Sol ad Cancrum: et tanto
minus quanto magis recedit. E converso autem
se habet de diebus et noctibus dum Sol est in sig-
nis australibus. In omnibus aliis circulis: quos
Sol describit inter æquinoctialem et tropicum
Capricorni maior est arcus sub horizonte: et mi-
nor supra. Unde arcus diei est minor quam ar-
cus noctis. Et secundum proportionem arcuum
minorantur dies supra noctes. Et quanto cir-
culi sunt propinquiores tropico hyemali: tanto
magis minorantur dies. Unde videtur quod si
sumantur duo circuli æquidistantes ab æquinocti-
ali ex diversis partibus quantus est arcus diei
in uno tantus est arcus noctis in reliquo. Ex
hoc sequi videtur quod si duo dies naturales su-
mantur in anno æqualiter remoti ab alterutro
æquinoctialium in oppositis partibus quanta est
dies artificialis unius: tanta est nox alterius: et
e converso. Sed hoc est quantum ad vulgi sensi-
bilitatem in horizontis fixatione. Ratio enim per
ademptionem Solis contra firmamentum in obli-
quitate zodiaci verius diiudicat. Quanto quidem
polus mundi magis elevatur supra horizontem
tanto maiores sunt dies

início de Áries através de Câncer até o fim de Virgem, os dias são mais longos do que as noites e tanto mais quanto mais o Sol se aproxime de Câncer. Em todos os outros círculos que estão entre a equinocial e o trópico de Capricórnio, o arco é maior abaixo do horizonte do que acima. Portanto, o arco do dia é menor do que o arco da noite; e, conforme a proporção entre os arcos, os dias se tornam menores do que as noites, e quanto mais os círculos se aproximam do trópico de inverno, mais os dias encolhem. Vê-se portanto que se forem tomados dois círculos equidistantes da equinocial para os dois lados, o tamanho do arco do dia em um será igual ao tamanho do arco da noite no outro. A partir daí é visto como consequência que se forem tomados dois dias naturais no ano, igualmente remotos de qualquer dos pontos equinociais em direções opostas, o dia artificial de um será tão longo, quanto a noite no outro, e vice-versa. Mas isso quanto à observação ordinária fixando o horizonte. Pois a razão determina de modo mais exato descontando o movimento do Sol, contrário ao firmamento, no zodíaco obliquo. Quanto mais o pólo se eleva sobre o horizonte, tanto maiores são os dias

Nota his de signis
recte vel oblique
orientibus.

æstatis quando Sol est in signis septentrionali-
bus. Sed est e converso quando est in signis
australibus: tanto enim magis minorantur dies
supra noctes. ¶ Notandum etiam quod sex signa
quæ sunt a principio Cancri per Libram usque
in finem Sagittarii habent ascensiones suas in
sphæra obliqua simul iunctas maiores ascensi-
onibus sex signorum quæ sunt a principio Ca-
pircorni per Arietem usque ad finem Gemino-
rum. Unde illa sex signa prius dicta dicuntur
recte oriri. Ista vero sex oblique. Unde Virgilius.
Recta meant: obliqua cadunt a sidere Cancri do-
nec finitur Chiron: sed cætera signa nascuntur
prono: descendunt tramite recto. Et quando est
nobis maxima dies in æstate scilicet Sole exis-
tente in principio Cancri tunc oriuntur de die
sex signa directe orientia: de nocte autem sex
oblique. E converso quando nobis est minimus
dies in anno scilicet Sole existente in principio
Capircorni tunc de die oriuntur sex signa obli-
que orientia: de nocte vero sex directe. Quando
autem Sol est in alterutro punctorum æquinoc-
tialium tunc de die orintur tria signa directe
orientia: et tria oblique. Et de nocte similiter.
Est enim regula. Quantumcumque brevis vel
prolixa sit dies vel nox sex signa oriuntur

do verão quando o Sol está nos signos setentrionais. Inversamente, quando está nos signos austrais, os dias são mais curtos do que as noites. ¶Deve-se notar que os seis signos que estão do início de Câncer passando por Libra até o fim de Sagitário possuem suas ascensões na esfera oblíqua combinadas maiores do que as ascensões dos seis signos que estão do início de Capricórnio passando por Áries até o fim de Gêmeos. Por isso se diz que esses seis signos previamente mencionados se erguem retos, mas os outros seis obliquamente. Por isso Virgílio: “Eles se erguem retos, caem oblíquos da estrela de Câncer / até o final de Chiron, mas os outros signos / são nascidos inclinados, descem por um caminho reto”. E quando para nós é o dia mais longo do verão, a saber, quando o Sol está no início de Câncer, então erguem-se seis signos verticalmente durante o dia no oriente, mas seis obliquamente durante a noite. Inversamente, quando para nós é o menor dia do ano, a saber, quando o Sol está no início de Capricórnio, então os seis signos que se erguem durante o dia o fazem obliquamente, mas de noite seis verticalmente. Quando, além disso, o Sol está em qualquer dos pontos equinoctiais, então durante o dia três signos se erguem verticalmente e três obliquamente. E de noite de modo semelhante. Pois a regra é: por mais curto ou longo que sejam o dia e a noite, seis signos se erguem

Nota sobre os signos que se erguem retos ou oblíquos.

de die et sex de nocte. Nec propter prolixitatem vel brevitatem diei vel noctis plura vel pauciora signa oriuntur. Ex his colligitur quod cum hora naturalis sit spatium temporis in quo medietas signi peroritur in qualibet die artificiali: similiter et in nocte sunt xii horæ naturales. In omnibus autem aliis circulis qui sunt a latere æquinoctialis: vel ex parte australi vel septentrionali maiorantur vel minorantur dies vel noctes secundum quod plura vel pauciora de signis directe orientibus: vel oblique de die: vel de nocte oriuntur.

De diversitate dierum et noctium quæ sit habitantibus in diversis locis terræ

Notandum autem quod illis quorum zenith est in æquinoctiali circulo Sol bis in anno transit per zenith capitis eorum scilicet quando est in principio Arietis et in principio Libræ. Et tunc sunt illis duo alta solsticia quoniam Sol directe transit supra capita eorum. Sunt iterum illis duo ima solstitia: quando Sol est in primis punctis Cancri et Capricorni: et dicuntur ima: quia tunc Sol maxime removetur a zenith capitis eorum. Unde ex prædictis patet: cum semper habeant æquinoctium in anno quattuor habebunt solstitia:

